



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &  
Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

3. Mortem infantis quantum luxerit David?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

semper ova timebat aliena. Accidit, ut vxor innocens illius-  
lium pareret, sed vultu admodum deformem, & vtriq; paren-  
tum valde dissimilem; quem ille nolebat agnoscere pro suo, se-  
que eapropter, vsque ad mortem affligebat. Quid doloris sen-  
sisset, si adulterij conuicta fuisset vxor, quem suspicio, & tam  
leuis coniectura enecauit? Nec tamen semper vana est suspi-  
cio, euentusque ipse subinde demonstrat, quam vana fuerit  
lætitia patris prægestientis.

II.  
Michael Pic-  
cartus in Epi-  
sodio narrat.  
sid. c. 2.

Est in Italia Plumbinum oppidum nobile quod nonnulli Popu-  
linum appellant, tanquam ex Populonia ruinis adificatum, situm ad  
est, in litore Tusci maris, Ilue insule oppositum, qua ferri venis in-  
exhausta magnum quotannis vectigal, Plumbini domino præbent.  
Huic oppido præerat Iacobus Appianus, circa annum salutis 1390. ex  
pago Appiano, in orâ Pisana, cognomentum adeptus, ex Paula no-  
bilissima femina Martini V. Pontificis sorore natus, princeps, ut lau-  
datur, pacificus, & à vicinis omnibus amatus. Hic cum ex con-  
iuge virilis sexus sobolem non susciperet, cupiditate nominis generis-  
proferendi, extra matrimonium, hæredem quasit, & concubinam  
amare cepit, quam cum pregnantem animaduertisset, mira volupta-  
te perfusus cum pariendi tempus jam prope adesse animaduertret,  
ad Florentinos, Senensesq;, incredibili gaudio gestiens scripsit, atq; uti  
legatos ad se mitterent ac partum de sacro fonte leuarent, furores  
compatres magnis precibus inuitauit. Paritum est, venere ad diem  
dictam legati. Interim mulier inter obstetricum manus, diu labo-  
rans tandem Ethiopem peperit. Quæ res ut risum in populo cachin-  
numq; excitauit, ita splendidas istas compaternitates interrupit, ac  
spes & gaudium Appiani mirifice conturbauit, tibicen tum forte  
Maurus in familia eius erat, ex quo natum puerum credidit, & in  
quidem mox ubi detectum flagitium intellexit, saluti sua fuga con-  
sultuit, partumq; mulieri, ludibrium principi reliquit.

III.

Deponebant olim matres, humi, prolem, quam pepererant;  
eam maritus, si pro sua agnouisset, leuabat, vnde & liberos di-  
cebatur sustulisse. Sunt qui tantopere non curant, vnde prolem  
habeant, dummodo habeant hæredem. Legitimam, an illegi-  
timam prolem suscipiant, nihil morantur. Quorum itidem  
gaudium non solet esse diuturnum. Quia filij adulterorum in-  
inconfuta-

Sap. 3. 16

inconsummatione erunt, & ab iniquo tero semen exterminabitur. Et si quidem longa uire erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nonissima senectus illorum. Et, si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. Nationis enim iniqua dira sunt consummationes. Quod expectus est Dauid, quando percussit Dominus paruulum, quem pepererat uxor Vria Dauid, & desperatus est. Deprecatusq; est Dauid Dominum pro paruulo: & ieiunauit Dauid ieiunio, & ingressus seorsum iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius, cogentes eum, ut surgeret de terra: qui noluit, nec comedit cum eis cibum. Ascidit autem, die septima, ut moreretur infans: timueruntq; serui Dauid nunciare ei, quod mortuus esset paruulus. Tantus est parentibus e prole dolor, si, vix data, eis rursus morte auferatur. Immo, quod diutius & in maiorem spem vixit filius, eò in maiorem conijcit parentes luctum. Quod vel Poëta sciens his carminibus deplorauit.

2. Reg. 12:15.

2. Reg. 12:15.

2. Reg. 12:15.

Atque hic *Aneas* (una namq; ire videbat  
Egregium forma iuuentem, & fulgensibus armis: odia ni  
Sed frons lata parum, & deiecto lumina vultu)  
Quis Pater ille, virum qui sic comitatur euntem?  
Filius? ane aliquis magna de stirpe nepotum?  
Quis strepitus circa comitum? quantum instat in ipso est?  
Sed nox atra caput tristi circumuolat umbra.  
Tum pater *Anchises* lacrymis ingressus obortis.  
O nate, ingentem luctum ne quare tuorum.  
Ostendent terris hunc tantum fata: neque vltra  
Esse sinent. Nimum vobis Romana propago  
Visa potens Superi, propria hac si dana fuissent.  
Quantos, ille virum magnam Manortis ad urbem  
Campus aget gemitus: vel que Tyberine videbis  
Funera: cum tumulum praterlabere iacnem!  
Nec puer *Alia* quisquam de gente Latinos  
Intantum spe tollet anos: nec *Romula* quondam  
Ulo se tantum tellus iactabit alumno.  
Heu pietas, heu prisca fides, inuictaq; bello  
Dextera: non illi quisquam se impune tulisset

IV.

Virgil. lib. 6.  
*Aeneid.*

*Obuius*